



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Helisevs Propheta. 14. Iunij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

sum. Præter alia multa, quæ fecit admiratione dignissima, puerum demortuum vitæ reddidit, quo is parentem ANTONII de homicidio accusatum innocentem absolueret. Supremum ægrotantem CHRISTVS inuisit, obitum verò ejus per urbem fando infantes vulgarunt, quò minori eloquio, hoc majore virtutis præconio. *Ex Surio.*

Tota mentis affectu beatissima Virginis nos intercessionibus committamus, ejus patrocinia omni nisi imploremus, ut dum supplici obsequio eam frequentamus in terris, ipsa nos sedulâ prece commendare dignetur in calis. S. Aug. in F. Afl. B. V. hom. 3.

S. HELISEVS PROPHETA. 14. Iunij.

PROFUEKIT IUVENTUTI HELISEI CIRCENSES IUDOS spectare; redeat inde modestior, & reverentior canæ ætatis. Bethelensis pueritiæ grex calvitium sancti senis vernaculis jocis proscindebat. Eam dicacitatem urfi duo, quadragenis binis è toto numeto conceptis, castigarunt: ne ferulas tantum, sed & feras puerilis lascivia sibi merendas existimet. Cætera illius viri prodigia quis memoret? aquarum cursum stitit, amatorem cortexit, oleum auxit, lepram deterfit, infœcundis conjugibus prolem dedit, orbis reddidit; genti suæ insignes victorias, eidem fame laboranti gratuitam annonam præbuit. Illud æternâ memoriâ dignum, & identidem parum fidentibus Deo suggerendum. Obsessus à Syris, jamque pro desperato à familiari servulo defletus, paventem hoc promisso erexit: *Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis.* Trepidanti nihilominus oculos prece aperuit, & diffusa roto monte auxilia ignitaque acies ostentavit. Hostibus vicissim suis offusâ

oculis animisque caligine, torpentibus ducem se
obtulit, eoque deduxit, unde si jure in eos agere
libuisset, pedem nunquam erant relaturi. Hoc tu
robore animi pallio Eliæ imputabis. rectè: sed cur
times, qui in baptismo IESUM Christum induistis
Ex 4. Regum.

*Sit in gestu tuo gravitas, in incessu honestas: ni-
hil dedecoris, nihil lascivia, nihil petulantia, nihil
insolentia, nihil levitatis in te appareat: animus
enim in corporis gestu apparet: & species corporis si-
mulacrum est mentis, figuraque probitatis.* (Sicilicet,
Soliloq.)

S. VITVS MARTYR. 15. Iunij.

Liberalius cælum Romæ etiam pueris trium-
phum non negat. Certè VITVS adolescentu-
lus duodecim annos natus plures jam tyrannos,
eosque inter parentem triumphavit. Flagra enim
primò Christianâ fortitudine concocxit, & pote-
rant videri aërem verberasse, non VITVM torto-
res, nisi & his, & unâ Valeriano Proconsuli ma-
nus diriguisset. Restituit tamen hanc martyr ty-
ranno, ne quem vinceret, deesset. Hinc aulâ est
inclusus à mulierculis, & ceteris illecebris instru-
ctâ, quò blandiore, hoc periculoso scilicet car-
cere. Sed prælianti Cælites adfuere tantâ luce co-
rusci, ut lucem curiosi parentis oculis eriperent.
Et host tamen, quò filium sæpius victorem vel in-
vitus videret, ingrato reddidit; ipse, atrociora
patre supplicia meditante, Angelo remige ussus,
in alias terras trajecit. Deceverè nimirum cælites
ut Romæ etiam triumpharet hæc virtus. Huc ita-
que evocatus, è Diocletiani filio malum hospitium
orcum pepulit; sed stipendia tulit vincula. Ad
bestias deinde damnatus, etiam has citius cecuræ
quàm